





XI.

DISPUTATIO

J. N. & G. Ordin.

353.

1674, 2 78

SI PLUS SIT IN
VERITATE QUAM
IN OPINIONE
VEL CONTRA

Auspice Numine

PRÆSIDE

HENRICO COCCEJO,

J. U. D. Jur. Nat. & Gent. Prof. Ordin.

RESPONDENTE

DANIELE MARTINI,

Heidelberg, Palatino.

Ventilanda die 28. Novembr. 1674.

HEIDELBERGÆ.

Typis WILHELMI WALTERI, Acad. Typogr.

Denuo recusa 1707.



354.

XI

DISPUTATIO

IN

ST. PIUS SET II

VERITATE QUAM

IN OPINIONE

VEL CONTRA

ADICIS NUMERIS

HENRICO COCCO

J. D. DE VINO QUANTO OMO

DANIELIS MATTIA

IN

...


...

...

...

...





§. I.



X iis quæ præcedenti

Disp. §. i. diximus, patet tunc dispositionem recte fieri & jus constituere quando adest (1.) Facultas legitima disponendi (2.) voluntas per quam facultas illa in actum deducitur & qua actu disponitur seu quado

quis rite potest & actu vult jus esse.

§. II.

Coeterum illa voluntas cessat propter errorem ut si quis de fundo Sejano disponat, & putat se disponere de Semproniano, is enim de Sejano noluit disponere & convenienter, si quis in parte erret, pro illa deficit voluntas.

A 2

§. III.

§. III.

Quod si autem non in voluntate fit error, eo quod aliter voluit disponere, sed in facultate quod putet se posse cum non possit, vel contra; error hic Jus dispositionis non impedit, jus enim est cum quis potest disponere, non cum putat se posse.

§. IV.

Hinc si quis opinetur se jus habere quod revera non habet, ac proinde plus fit *in opinione quam in veritate*, non valet dispositio, non propter errorem, sed ob defectum facultatis per §. 1. uti si rem in commercio esse putet seu propriam quæ non est.

§. V.

Contra si jus habeat quod putat se non habere adeoque plus fit *in veritate quam opinione*, valet dispositio, quia cessat defectus facultatis per §. 1. & illa facultas inspicitur quæ revera est, non quam putat esse §. 3. & denique cum hic adsit facultas disponendi, itemque voluntas, dispositio jus facit per §. 1.

§. VI.

Sed tamen non impedit quo minus is qui ita contra scientiam suam disponit peccet, adeoque hoc vitium seu delictum pœnam mereatur sed actus tamen validitas nihilominus procedit quanquam & loco pœnæ annullatio constitui possit uti in §. 14.

§. VII

* (5.) *

§. VII.

Ita in delictis si quis v. g. rem alterius ipso invito contrectare se putet, cum fiat eo consentiente, voluntas malitiam & delictum continet, quod hactenus *furtum* est, sed in Dominum non peccatur, nec illi furtum fit, quia ultro is concedere rem potest, & sic componitur §. 8. *furt. cum l. 46. §. pen. eod.* Hæc de malitia agit in proposito, illa in effectu.

§. VIII.

Sed quod si id quod in veritate est etiam valeat etsi minus in eo juris sit v. g. si is qui plene se Dominum putat, cum tantum fructuarius sit, de fructibus disponat, valet dispositio, quia & fructuarius de iis disponere potest, licet minus juris habeat quam Dominus per §. 1. jure tamen civ. secus est, ubi indistincte sin minus juris sit in veritate quam in opinione non valet dispositio per *L. 15. Acqu. heredit. add. infr. §. 12.*

§. IX.

Hæ duæ propositiones in LL. quoque nostris occurrunt invicem adversæ ita enim dicitur in *L. 9. §. 4. juris Ignor.* plus in re est quam in opinione idemq; in *L. 2. §. 15. pro emt. & §. 11. Legat.* Contra dicitur in *L. 15. Acqu. hereditate* plus est in opinione quam in veritate & habentur à DD. vulgo pro duabus regulis juris (in quarum proinde utpote sibi contrariarum conciliatione maxime desudant) sed falsissime & frustra

stra; non enim regulam continent sed quod in casu legis de facto contineatur affirmant v. g. in casu *d. §. II. Legat.* plus Juris habet testator in re sua (quam revera legaverat) adeoque in veritate quam in re aliena (quam putabat se legare) adeoque in opinione & sic in aliis.

§. X.

Igitur qui rem suam legat aut vendit cum putat alienam id ideo valet, qua plus juris est quam unâ plus juris est in veritate quem in opinione i. e. quia in ista re plus juris revera habet quam putat *d. §. II.* quam proinde rationem *in d. §. II.* non suo loco positam male statuunt post DD. *Bachov. & Vinn. ad d. §. II.*

§. XI.

Contra si hæres v. g. se voluntarium putet cum sit necessarius non poterit repudiare, nam plus juris ad repudiandum putat se habere (voluntarium enim se esse existimat) quam revera habet cum sit necessarius unde patet *in d. l. 15. Acqu. heredit.* trajectionem verborum (forte per festinationem compilatorum) esse factam & voluntarium ibi hæredem se putare quia est necessarius. Est a. id. evidens non tam ex subjecta ratione *in d. l. 15.* sed & ex L. e. contrario 16. eod. quæ seqq. hæc enim alias esse contrario sed eodem modo se haberet ut mirum à nemine (quod sciam) id notatum.

§. XII.

* (7.) *

§. XII.

Sed & in hoc ipso casu *d. l. 15.* cum necessarius jure prætorio quoque possit abstinere. naturali ratione dicendum valere ibi repudiationem ejus qui se putat necessarium quia potest abstinere etsi minus possit quam voluntarius quam in jure civili potest per §. 5. de opposito casu *d. l. 16. vid. §. 14. 15.*

§. XIII.

Quid v. si quis emat v. g. à pupillo non Domino, quem putat esse puberem & Dominum, videtur hic plus esse in opinione, quam in veritate, adeoque non posse usucapere, sed contrarium est *in l. 2. §. 15. pro emptore, & recte ex hypothesi civili quæ sumenda ex d. l. 2. §. 8. & qua favor pupilli sæpe jus facit, hujus non melior conditio revera facta est, adeoque in hac veritate plus juris videtur esse argumento d. §. 8.*

XIV.

Denique hinc in nostra materia sequitur quoties conditio extitit etsi is cui injuncta est ignoret eam extitisse, tamen posse disponere, plus enim in veritate est per §. 5. Unde & hæres qui sub conditione institutus est, quam ignorat extitisse, potest adire vel repu-

repudiare quod secus est jure civili, quo hæc dispositio nullitate actus punitur per §. 6. vid. L. 21. C. & D. L. 21. & seqq. L. 13. 32. &c. *Acqu. hereditate Valde Obft.* L. 21. *fn. eod.* Idem fit in d. l. 16. *eod.* Ubi alias naturali ratione valet dispositio per §. 6. Coroll. *Germanorum fratrum filii nunquam excludunt filios consanguineorum aut uterinorum dñs. DD.*



ULB Halle

3

003 487 296




50

V 578

V 517







B.I.G.

Farbkarte #13

353.
1674, 2 18

XI.
DISPUTATIO
F. N. & G. Ordin.
**SI PLUS SIT IN
VERITATE QUAM
IN OPINIONE
VEL CONTRA**

Auspice Numine

PRÆSIDE

HENRICO COCCEJO,

J. U. D. Jur. Nat. & Gent. Prof. Ordin.

RESPONDENTE

DANIELE MARTINI,

Heidelberg. Palatino.

Ventilanda die 28. Novembr. 1674.



HEIDELBERGÆ.

Typis WILHELMI WALTERI, Acad. Typogr.

Denuo recusa 1707.

